MISSALE ZAGRABIENSE

Diözese Agram, 3. Viertel 15. Jh. Seite 45v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Amen dico vobis; recepe
runt mercedem suam; Te
autem faciente elemosinam
nesciat sinistra tua quid
faciat dextera tua; ut sit
elemosina tua in absco
so. Et pater tuus qui videt
in absconso, reddet tibi.
Domine vivifica me secundum. offertorium.
eloquium tuum ut sciam testimonia tua.
Sacrificium domine, secreta.
observantie quadra
gesimalis offerentes quesumus;
ut tibi mentes nostras reddat
acceptas, et continentie
promptioris nobis tribuat
facultatem. per. communio. Servite
domino in timore et exultate ei cum
tremore apprehendite disciplinam
ne pereatis de via iusta. postcommunio.
Spiritum nobis domine tue ca
ritatis infunde; ut
quos uno pane celesti
satiasti, tua facias pie
tate concordes. per dominum. eiusdem.
Tuere domine, super populum.
populum tuum, et ab omnibus
peccatis clementer emunda; quia
nulla ei nocebit adversitas,

si nulla ei dominetur iniquitas. per.
Sabbato. Statio. ad sanctum tri. pro totum ut supra.
Adesto domine, oratio.
fidelibus tuis ieiu
niis quadragesimalibus
convenienter aptari; ut et
suscepta solemniter castiga
tio corporis cunctis ad fru
ctum proficiat animarum. per.
Hec dicit, lectio ysaie prophete.
dominus; Si abstuleris
de medio tui catenam, et
desieris digitum tuum ex
tendere et loqui quod non prodest,
cum effuderis esurienti animam
tuam, et animam afflictam re
pleveris, tunc orietur in tene
bris lux tua; et tenebre
tue erunt sicut meridies.
Et requiem dabit tibi dominus
deus tuus semper; et implebit
splendoribus ossa tua, et
animam tuam liberabit. Et eris
quasi ortus irriguus; et sicut
fons aque cuius non deficient
aque. Et edificabuntur
in te deserta seculorum;
fundamenta generationis
et generationis suscitabis.